



A D L E C T O R E M
S T U D I O S U M.

Qui desiderat eruditionis
 Ad culmen superum brevi venire
 Per rectam, facilem viam brevemq̄:
 Cui LULLI volupe est statuta nosse:
 Cui placent lepida, graves, acuta
 RAMI ARISTOTELISQ. opiniones;
 Istunc ALSTEDII sibi libellum
 Parvo comparet ere: qui quidem ipse
 Chartis exiguus: tamen refertus
 Doctrinâ omnimodâ scientiâq̄.
 Discendi methodum, viam docendi
 Artes hæc PANACEA in universum
 Commonstrat facilem, brevem novamq̄.
 Istanc in studiis eas, in albo
 Censeri & poteris brevi Sophorum.
 Tradit hic liber utiles, suaves
 Gnomas; & Sophiæ statuta, lector,
 Doctè, perspicuè explicata cernes.
 Hunc ergo ALSTEDII pereruditum,
 Perlectum quater, & quater relectum
 Librum sensibus intimis repone:
 Et quæ propediem daturus, usus
 In nostros, sciolos, & invidorum
 Momorumq̄, nihil morans catervam,
 Evolve, & studio revolve scripta;
 Authori meritas agesq̄, grates.

Joh. Jacobus Hermannus, Pala-
 tinus, Theologiæ studiosus.